

3) Vera causa est, cur Pontificii lectionem scripturae in vulgari lingua prohibeant, quia scriptura tota Papismo contraria. Vid. I. O. MUSAEVUS praefatione libri de Conuersione.

II. *Ab exemplo veteris Ecclesiae*

*Resp.*

Contrarium in primis de vetustissima hebraea, graecaque Ecclesia, verum est. Nec enim quando auditum est, Iudaeis vnquam prohibitam fuisse scripturae lectionem. Et veteres PATRES vbique ad lectionem scripturae quoslibet sine discrimine adhortantur, quos allegat et vindicat I. C. MUSAEVUS.



PARS I. THEOLOGIAE.

CAPVT III.

DE

DEO IN ESSENTIA ET  
PERSONIS CONSIDERATO.

§. I.

*Ratio tractandi duplex.*

**A**bsoluitur tractatio de DEO, partim ὀνοματολογία, partim πραγματολογία.

§. 2.